







17
1. B.
L
M
2. B.
L
3. B.
v
4. J.
-
v
5. C.
v
6. A.
=



1754.

1. Bastinellus, Golt. Christianus: Ord. jurisdici . . . Decanus:
Lectori benemerito s. p. d. (et Disputationem Christiani
Andr. Schurii inserta)
2. Bastinellus, Golt. Christianus, Ord. jurisdici . . . Decanus;
Lectori benemerito s. p. d. (et Disputationem in aequalem
Francis Gottfr. Kretschmanni inserta)
3. Bastinellus, Golt. Christianus: De modo venandi
vulgo dicto dei Klapper-Fagd.
4. Bochner, Georg. Rudolphus: . . . Medicorum ordinis
. . . ex Decanus: panegyricum medicum indicit et
virtutem febri in sanandis spasmodis exponit.
5. Chlatinius, Ernestus Martinus: De febris polae. Von
Kraf. Lehnen.
- 6^{hat} = Crelleis, Christoph. Ludov.: Ord. jurisdici . . . Decanus:
De confessione debiti: officiosa dicitur atque
et celebratam publicam (et Disputationem ineq.
Ulmanni Benjamin Feyerabend) inserta. 2 Exempl

7. Crellius, Christoph Ludov: De intercessione pro debi-
tore mortuo
8. Crellius, Christoph Ludov: De periculo obligatorum alle-
nae sine fidejussione
- 9^{a. & 7} Crellius, Christoph Ludov: De intercessione pro
debitore mortuo 2^o general
10. Crellius, Christoph Ludov: De filio patris aut matris
curatore
11. Crellius, Christoph Ludov: De filia vidua et
patrem reuerfa.
12. Crellius, Christoph Ludov: De foro viduarum
13. Crellius, Christoph Ludov: De functionibus praetorum
ante tempus praecendi perceptis
14. Crellius, Christoph Ludov: De poena investigationis
15. Crellius, Christoph Ludov: De fidejussione tacita
ita quasi fidejussione

16. Hanaccius, Christianus: De pacto conjugum
imporationis successoris secundum Statutum Filla-
viense velq. Suffage

17. Hillerus, Joannes Fredericus: De obligatione et mor-
tuario

18. Rivinus, Andreas Fleck: De testamento parentum
privilegiario solenne prius conditum non infirmante

19. Rivinus, Andreas Florus: De principali beneficio in
concedendis privilegiis

20. Stummis, Gualter: De pactis legitimis et consuetudinibus
ex lege merito suspectis.

21. Stummis, Gualter: Dissertationem juridicam quae
Contractos uniuersales et uniuersales reseruentem
defendit. 21^o Tillier
21^o Tillier - Wehle

22. Winter, Joannes Ludouicus: De metatlesi morborum.

23/1755

1. Babinellus, Geth Christianus: De uxoris iactura
satis si mentem deserit matiore.

1^o Boerner



2. Crollius, Christoph Ludov: De rusticorum volun- 10.
tatem immunitate a jurisdictione et oneribus
secularibus
3. Crollius, Christoph Ludov: De crimine in executione 11.
commisso 12.
4. Hanaceus, Christianus: Ord. jur. Decanus: lectori 13.
honorato s. d. p. (et reputationem Martini Gollubi
Schlomoachii inserta), 14.
5. Krauss, Georg. Fidei: De restitutione in inte- 15.
grum ob aetatem minorem ac absentem
6. Krauss, Georg. Fidei: De servitute reviviscat 16.
7. Krauss, Georg. Fidei: De restitutione in inte-
grum praesertim propter metum dolumque malum
8. Mencke, Leonard Ludov: De remissione debiti episcopi 16.
effectu
9. Birinus, Andreus Floren: Ord. jur. Decanus: lectori 18.
honorato s. (et reputationem inang. Christiani
Purci Chladensis inserta)

10. Rivinus, Andreas Floreas: Ord. jur. -- Decanus et
 lectori generalis s. (ad 100 probationem iuris. C. 101
 Henrici Heydenreich institut.)
11. Rivinus, Andreas Floreas: De auditoris legalibus
12. Rivinus, Andreas Floreas: De circulatoribus
13. Rivinus, Andreas Floreas: De delictis criminum
14. Rivinus, Andreas Floreas: De iudicio peritorum
 1/2 arte optima libri de iudiciis peritum
 1/2 arte optima libri de iudiciis peritum
 1/2 arte optima libri de iudiciis peritum
15. Schargius, Fr. V. Hermann: Curiae Romanae
 sententia de pace Augustana
16. Weidner, Fr. Friedr.: Specielegium observationum
 ad historiam notarum numerationem pertinentium
 ad philosophiam . . . cum 12 tabulis
17. Waltherus, Joann. Georgius: De autonomia ecclesiae
18. Wierbomannus, Joann. Elias: De urbibus Germaniae
 magna secundum Ptolemaeum

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]





30
1754
324
66
7

ORDINIS IVRIDICI
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

H. T.

DECANVS
CHRISTOPHORVS LVDOVICVS
CRELLIVS ICTVS

POTENTISSIMI REGIS POL. ET PR. ELECT. SAXON
CONSILIARIVS AVLICVS COD P. P. ORDINARIVS CV-
RIAE PROVINCIALIS ITEMQVE CONSIST. ECCLESIAST
ET SCABINATVS ASSESSOR

D E

Confessione debiti inofficiosa

DISSERIT

ATQVE

AD CELEBRITATEM PVBLICAM

DIE XXX AVGVSTI ANNO CIO IO CC LIV

FREQVENTANDAM

LECTVROS

HVMANISSIME INVITAT



ORDINIS IURIDICI
 IN ACADEMIA VITTEMBERGENSI
 H. T.
 DECANVS
 CHRISTOPHORVS LVDOVICVS
 CRELLIVS IOTVS

POTENTISSIMI REGIS POL. ET PR. ELECT. SAXON.
 CONSILIARIVS AYLIVS COD. P. ORDINARIVS CV.
 RINE PROVINCIALIS ITEMVE CONSIST. ECCLESIAST.
 ET SCABINATVS ASSessor

D. F.
 CONFESSIO DE REI IURIS

DISSERT.
 ATQVE

AD CELEBRANDAM PABRICIAM

DIE XXX AVGVSTI ANNO MDCCCXXXV

ERGOESTADAM

LECTVROS

HYMANISSIME INVITAT





Euryalus ille apud VIRGILIVM MARONEM, *) splen-
dido mendacio, **) se ipsum pro amico reum fe-
cit et periculo obiecit. Maluit enim morti se of-
ferre, quam amicum deserere, quem spononderat, se patri
eius redditurum esse

Me, me, adsum, qui feci, in me conuertite ferrum.
Hunc quidem pauci imitantur, neque habent omnino,
cur sectentur tristissimum, et quod euentu caruit, exem-
plum. IULIANVS tamen apud VLPIANVM CONFESSORIAM
actionem commemorat, aduersus illos introductam, qui
CONFESSI SINT, se delicto aliquo contaminatos esse, quam-
uis, praeter confessionem, nulla alia causa condemnationis
doceatur *L. 23. §. fin. et L. 25. ad Leg. Aquil.* Quare ap-
paret, non raro, quosdam per mendacium, sua se CON-
FESSIONE, et sua quasi sententia damnasse.

Contra uero plurimi, etiam in CIVILI IUDICIO, cau-
tius se mercari arbitrantur, si FUGIANT sententiam iudicis
et DISSIMULENT debitum, quo alteri obstricti sunt, ne suo
ipfi

*) Virg. Aeneid. Lib. 9. v. 432.

**) Horat. Carm. Lib. 3. Od. 11. v. 35.

Splendide mendax, et in omne uirgo
nobilis aeuum.

ipfi iudicio prodantur. Quapropter plerique debitores, non fecus ac mulieres illae apud PLAVTVM, *)

si bene quid aut FIDELITER faciendum est, eo deueniunt,

extemplo OBLIVOSI ut fiant, meminisse nequeant.

Hoc consilio deludunt uerecundos creditores, qui lites et perplexae probationis difficultatem auersantur. Quod cum intelligerent ueteres, INFICIATIONIS poenam constituendam esse iudicarunt, ut illos coercerent, qui fraudulenta tergiversatione, negatis omnibus, quae manifesta essent, in iudicio actorem frustrarentur. *L. 24. D. ex quibus caus. maior. L. 80. D. de rei uindicat. L. 2. §. 1. D. ad L. Aquil.*

ALII QUIDEM SPONTE, sed cum suorum damno et iniuria, FALSO profitentur, SE ALIIS DEBERE, quibus nullo uinculo tenentur. Ita imminuunt patrimonium suum et spes illorum, cum quibus uere negotia contraxerunt, decipiunt colore aeris alieni. Inprimis testatores hoc commento usos esse nouimus, ut, quibus beneficium liberaliter in testamento tribuerent, illis SE ALIQUID DEBERE, mentirentur. Nolebant enim, heredes, quos instituerant, in Manibus suis et indignari, si hereditatem legatis et fideicommissis exhaustam atque inanè heredum nomen sibi relictum esse cernerent. Igitur placare heredes suos cogitabant, si in testamento, se LEGATARIIS aere alieno obstrictos esse, commiserentur, sicut IULIANVS apud ULPIANVM notat testatorem, qui TITIO decem legauerat, hoc fucò usus, QVASI decem TITIO DEBERET. *L. 75. §. 1. de Legat. 1.* Non miror, hoc saepissime factum esse a MARITIS, qui, blanditijs seducti, ut de liberorum hereditate aliquid detra-

*) Plautus in Milite glorios. Act. 3. sc. 3. v. 16. 17.



herent, VXORIBVS quantitatem pecuniae legabant, quasi DOTIS NOMINE ad se allatam, etiamsi constaret, illas nihil dotis habuisse. LABEO, et SERVII Auditores retulerunt, admissum esse legatum, cum uir uxori, quae nullam dotem habuerat, centum reliquisset, quasi haec quantitas esset proprium uxoris patrimonium, ad sustinenda connubii onera destinatum *L. 6. D. de dot. praeleg.* Notae sunt querelae creditorum contra uiduarum calliditatem, quae FALSO, mariti chirographo, aut apocha accepta, probare uolunt, se certam quantitatem DOTIS CAUSSA, marito obtulisse, ut creditoribus aliis, PRIVILEGIO DOTIS, in concursu praeferrantur. *)

Non raro etiam ex feudo DOTALITIVM petunt uiduae, et ILLATIONEM DOTIS se probaturas credunt, exhibito libello mariti, quo dolose professus est, se dotem ab uxore accepisse **). Hoc artificio LIBEROS quidem, mariti mortui HEREDES, deludi posse arbitrantur, cum hi certe defuncti facta et confessionem agnoscere cogantur; Creditores uero et successores, qui titulo singulari ad feudum peruenerunt, recte desiderant, ut dotis illatio ab uxoribus uiduis, non tantum suspecto mariti testimonio, et imaginaria confessione, sed aliis potius argumentis idoneis, probetur.

Immo uero ne liberis quidem semper illa necessitas imponitur, ut parentis tabulas agnoscant, si appareat, patrem contra OFFICIUM PIETATIS, illationem dotis aut alia debita confessum esse, IN FRAVDEM PORTIONIS LEGITIMAE, quam nullis commentis et consiliis interuerti aut diminui posse ueteres constituerunt. Liberti certe portionem bonorum, quae patronis relinquenda erat, non poterant FALSA CON-

A 3

FES-

*) De Berger Occ. Iur. Lib. I. Tit. 3. §. 7. p. 123.

**) Horstii Iurispr. feudál. c. 21. §. 7. p. 418.



FESSIONE debiti imminuere, neque eam ad alios transferre.
 VIPIANVS docet, fauiana actione, hanc fraudem libertorū
 coerceri, si, ut minus ex patrimonio suo ad patronum
 perueniret, in lite uinci a falsis creditoribus, et data opera
 se condemnari uoluerunt, aut in iure CONFESSI SVNT de-
 bitum, quod nunquam contraxerunt *L. 1. §. 7. D. si quid
 in fraud. patron.* Placuit enim, si quid DOLO MALO liberi
 alienatum esset, ut portioni legitimae patroni aliquid detra-
 heretur, hoc ACTIONE FAVIANA reuocari. *L. 4. D. si quid
 in fraud. patron.* Si IULIANO fides est, tunc etiam FRAV-
 DEM CREDITORIBVS fieri Praetor iudicauit, si, per REPRAE-
 SENTATIONEM temporis, debitor quibusdam confestim sol-
 uerit, quod in diem et post aliquod demum tempus debe-
 bat. *L. 17. §. 2. D. quae in fraud. cred. et L. 10. §. 12. eod.*

Multo magis igitur LIBERI habebunt, de quo conque-
 rantur, si parentes FALSO CONFESSI sint, se alii debere,
 quamuis nunquam contraxerint obligationem. Quis enim
 ferret illam parentum inuidiam, qua liberos decipiunt, cum
 etiam CREDITORES EXTRANEI hoc non ferant, si, moto con-
 cursu, debitor communis in fraudem reliquorum FALSO FA-
 TEATUR, se quibusdam aliquid debere, quibus nullo um-
 eulo tenetur. Huic fraudi occurrendum credidit Poten-
 tissimus Saxonum Legislatoꝝ, qui praecepit, debitorem com-
 munem aut curatorem litis, iureiurando obstringendos esse,
 ne PER GRATIAM FATEANTVR, quibusdam creditoribus ali-
 quid deberi, qui per exceptionem repelli potuissent: Sie
 sollen eydlich angeloben, daß sie keinem vor dem andern per
 gratificationem etwas einräumen wollen. *Ext. Proc. Ord.
 Tit. 41. §. 4.*

Nimirum ut ad liberos reuertar, etiam DONATIONES
 INOFFICIOSAE, quibus patrimonium IN FRAVDEM libero-
 rum



rum dissipatur, non fecus ac testamentum inofficiosum, iusta querela infirmari possunt. *L. 1. 2. C. de inoffic. donat.* Sed nemo dubitat, hanc esse speciem DONATIONIS, si quis, COLORE DEBITI contracti usus, aliquid in alterum liberaliter conferat, ut portio legitima liberorum consumatur.

Apparet uero, liberis, non tunc tantum FRAVDEM FIERI, si, quasi debitum falsa confessione EXTRANEO relinquatur, sed etiam, si inter liberos alter alteri a parentibus ita praefertur, ut, beneficiis in unum liberorum collatis, alteri ne quidem portio legitima superfit. Iam olim Iustinianus luctuosum filius esse censuit, si, quod ad unum illorum pertineret, illud reliquis amore et GRATIA INAEQUALI parentum, concedatur. *§. 1. Inst. per quas pers. cuique acquir.*

Hae nos causae permouerunt, ut Mense Februario, a CIO TO CC LIV. admitteremus querelam filii, qui matris liberalitatem inofficiosam accusabat. Proponebatur, matrem, non solum dato chirographo, sed etiam in Iudicio, cum Curatore, professam esse, quod alteri filiorum trecentos solidos deberet, quos ab ipso mutuos accepisset. Audiebantur testes, qui affirmabant, filium illum pauperem fuisse, matrem opulentiozem, ideoque uix credi posse, matrem a filio pecuniam mutuum sumsisse. Conquerebatur igitur, alter filius et negabat, matrem fratri suo aliquid omnino debuisse, hinc censebat, illud chirographum DONATIONEM INOFFICIOSAM continere. Apparebat, si alteri filio trecenti solidi praecipui darentur, totum matris patrimonium consumi. Igitur filium de inofficiosa matris confessione conquestum omnino quidem audiendum esse iudicauimus. Sed mouebat tamen, quod mater non solum in chirographo, sed etiam IN IUDICIO professa erat, quod trecentos solidos alteri filio deberet. Praetera AMOR PAREN-



TVM NATURALIS, quo liberos suos AEQUALITER, nullo in-
 signi discrimine admisso, prosequi creduntur, efficiebat, ut
 matris confessionem non prorsus inutilem esse censeremus.
 Quare placuit chirographo matris, quod in iudicio agnouer-
 rat, tunc demum credendum esse, si filius, cui datum erat
 chirographum, iureiurando SUPPLETORIO confirmaret, se
 defunctae matri uere trecentos solidos dedisse. Neque
 enim CONFESIONEM DEBITI in iudicio a matre agnitam et
 repetitam prorsus negligere, neque propter paupertatem
 filii per testes comprobata chirographo matris plenam fi-
 dem adiungere potuimus. Erat quaedam fraudis suspicio,
 sed praesumptio amoris erga liberos aequalis nobis persuade-
 bat, matris confessioni, non omnem fidem denegandam
 esse.

Haec praefari libuit, ut Vos omnes, qui litteris et in-
 genii fauetis, conciliarem DIGNISSIMO ET CONSULTISSIMO
 CANDIDATO ERDMANN BENIAMIN FEYEREISENIO,
 Gros Glogauensi, qui proxime de non dissimili Argumen-
 to in conuentu publico disserere constituit. De hoc autem
 Clarissimo Candidato nostro, quid non solum sperari, sed
 etiam affirmari et confidenter praedicari possit, exortiu-
 ritae instituto, quo usus est, intelligeretur. Itaque ipsum
 facta sua et consiliorum euenta enarrantem audiamus.

ERDMANN BENIAMIN FEYEREISEN natus sum
 Gros Glogauiae in Silesia A. R. S. MDCCXXVIII. die
 XXII. Iulii. Patrem ueneror optimum, pietate et uirtute con-
 spicuum, IOANNEM CASPARUM FEYEREISEN, Se-
 natorem Glogauiae meritissimum, ibique Mercatorem celeberrim-
 um. Matrem habeo castitate et pietate praestantissimam IO-
 ANNAM MARGARETHAM SCHREIBERAM, IOAN-
 NIS FRIDERICI SCHREIBERI, Pastoris secundarii quon-
 dam apud Glogauenses dignissimi, filiam.

Vix

Vix in curas exclusus, per sacrosanctum regenerationis lauacrum me ad Deum adduci, inque Christianorum numerum assumi, curauerunt parentes mei amantissimi; mox diligentissime prospexerunt, ut tam uerae nostrae religionis et pietatis christiana principis, quam optimarum artium et disciplinarum scientia bene instructus, Deo et Reipublicae aliquando utilis esse possem. Sub optimis igitur praeceptoribus tam publicis, quam priuatis, sapientiae operam dedi. His magistris pueritiam transegi, uitaeque totius rationes ex illorum consilio ordinavi. Hoc posito fundamento anno MDCCXLVII. in illustre Gymnasium, quod floret Zittauiae, a parentibus deductus, ibique curae Excellentissimi atque Doctissimi M. BENJAMIN GOTTLIEBII GERLACHII, Doctoris huius Gymnasii longe meritissimi, commendatus sum, cuius, ut et reliquorum huius Gymnasii clarissimorum et doctissimorum Praeceptorum, BVCHERI nempe et STRAUPIZII, eruditione atque doctrina imbutus, per integrum triennium, ad spem temporis futuri cum non exiguo fructu me comparavi. His subsidiis instructus Anno MDCCCL. post quam solenniter scholae ualedixeram, amoenissimos Zittauiae fines reliqui, et domum reuersus sum.

Praeterlapso breui temporis spatio eodem adhuc MDCCCL. anno, primum Academiam Fridericianam adii. Duces ibi in Philosophia secutus sum Viros illustres L. B. de WOLFF, et STIEBRIZIUM. Praeceptores uero in Iurisprudentia audiui Viros Illustres REYTERUM Institutiones explicantem, B. KNORRIVM easdem et Digesta interpretantem, CARRACHIVM Senioremem doctrinam Actionum tradentem, et NETTELBLADTIVM praecepta iuris naturalis exponentem. Historiam temporum illustres WIEDEBURGIKS atque IOACHIMVS mihi tradiderunt, quibus studium meum ita approbare laboraui, ut me dignum iudicauerit Ictorum illustris Ordo, quem

publico et luculento Facultatis testimonio ornaret. Exacto Halae biennio anno MDCCLII. Academiam adii Francofurtanam ad Viadrum, additurus ibidem, quae mihi in Iurisprudentia adhuc deesse videbantur, ibique Viros illustres BOEHMERVM ius canonicum, criminale et Pandectas, HACKEMANNVM ius feudale, SVRLÄNDVM ius publicum docentes, VHLIVM uero, modum atque ordinem procedendi in foris germanicis enucleantem audiui, multum que me illorum laboribus et benevolentiae debere, gratus profiteor. Post annum, curriculo academico exacto, in patriam reuerti cogitavi. Cum igitur anno MDCCLIII. itidem ab Illustri Facultate iuridica Francofurtana cum bonis ominibus et luculento testimonio dimissus essem, Glogauiam redii, ut illa, quae Halae et Francofurti didiceram, ad utilitatem civium accommodarem. Sed cum per anni spatium Glogauiae moratus essem, tam amicorum quorundam consilio, quam aliis causis commotus, Glogauiam relinqui, rursus Zittauiam me contuli, ibique res meas constituere et sedem perpetuam quaerere decreui.

Haecenus Consultissimus Candidatus noster: Qui cum consilium ceperit supremum doctoris Iuris Vtriusque Gradum obtinendi, in utroque Examine eam Artis nostrae scientiam eamque copiam doctrinae cum multis aliis laudibus et uirtutibus suis Ordini nostro offendit, ut DIGNISSIMO CANDIDATO summos in Iurisprudentia honores, communi congratulatione merito decreuerimus. Hos igitur ut more maiorum capessat, dissertationem inauguralem de *periculo obligationis alienae sine fideiussione*, me Praefide, proximo Die XXX. Augusti in Auditorio maiori, horis ante et post meridiem conseruet, disputando publice defendet. Vos igitur RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, ILLVSTRISSIMI COMMITES, PERILLVSTRIS LIBER BARO, PATRES CONSCRIPTI,

VOS



vos OMNES, qui iurisprudentiam colitis atque arti nostrae
pretium statuitis, vos denique GENEROSISSIMI et NOBILIS-
SIMI COMMILITONES, Collegii nostri et meo nomine decen-
tissime et modis omnibus exoro, ut Clarissimo Candidato
animis linguisque praetentes faueatis et publicam celebra-
tem auctoritate VESTRA et conspectu honorificentissimo
ornetis.

Obsequio nostro et summo in vos studio comprobabi-
mur, ab officio gratissimi animi nos nunquam discessuros esse.
P. P. Die xxx Aug. Anno quam salus parta est MD CC LIV.

VITEMBERGAE
EX OFFICINA SCHEFFLERIANA.





vos oras, qui iustitiam in conspectu vestro
 presentiam vestram, vos benigne et clementer
 ad committimus, Ceterum nos et nunc nomine decem
 ratione et modo omnibus exors, et Christianis Candidatis
 omnibus iustitiam presentiam vestram et potestatem celebrare
 nos iustitiam vestram et conspectu honorabilissimo
 omnia

Optatis nostro et iustitiam in vestro studio conprobare
 nos ob officio presentiam vestram nos nunc iustitiam esse
 P. P. Die xxv. Aug. Anno quam supra est.

IN AMBROSIO
 EX OFFICIO SCHEFFERIANA




VD18

ULB Halle
007 469 888

3







B.I.G.

Farbkarte #13

1754
394 66

ORDINIS IVRIDICI
 N ACADEMIA VITEMBERGENSI
 H. T.
 DECANVS
 STOPHORVSLVDOVICVS
 CRELLIVS ICTVS
 ISSIMI REGIS POL. ET PR. ELECT. SAXON
 ARIVS AVLICVS COD P. P. ORDINARIVS CV-
 LOVINCIALIS ITEMQVE CONSIST. ECCLESIAST
 ET SCABINATVS ASSESSOR
 D E
 NFESSIONE DEBITI INOFFICIOSA
 DISSERIT
 ATQVE
 ELEBRITATEM PVBLICAM
 DIE XXX AVGVSTI ANNO CID IO CC LIV
 FREQVENTANDAM
 LECTVROS
 HVMANISSIME INVITAT

